



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

97 Clerici ad solemnem poenitentiam non adiguntur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

Laici ¶ enim publicè pœnitentes coram Episcopo civitatis sacco induti, nudis pedibus, & aliis solemnitatibus servatis, de quibus, *in cap. pœnitentes, & cap. in capite. 50. dist.* pœnitentiam peragere tenentur; id tamen minime procedit in clericis, 97 ¶ qui nisi fuerint depositi, ad pœnitentiam solemnem publicè peragendam non sunt admittendi, *ut cap. confirmandum ead. dist. 50* & hanc esse communem, opinionem testatur Abb. *in cap. 2. de maled.* quem sequitur Clar. *lib. 5. sentent. §. blasphemis, vers. sed quæd.* Et cum clerici quibuscunque laicis sint majores, sintque Reges se, & alios in virtutibus, regem 107 & in Deo regnum habentes, quòd designat ¶ corona, quàm in capite gerunt, *ut cap. duo sunt genera. 12. quest. 1. & cap. vni. §. quia vero, de sacr. vnt. & sacerdotes quandoque dii, quandoque Angeli appellantur. Exod. cap. 22. cap. sacerdotibus, 11. quest. 1.*

99 ¶ Sintque Regum, & Principum, omniumque fidelium patres, & magistri, *ut cap. quis dubitet, 96. dist.* & à Deo constituti super gentes, & regna, ut evellant, dissipent, & plantent. *Jerem. cap. 2. & cap. solite, §. posuisses* & ibi Abb. *num. 5 de maior. & obed. non sunt laicis æquandi.*

100 Cum ¶ enim sacerdotes sint Regum, & Principum patres, & magistri, *ut d. cap. quis debitet & à Deo constituti super gentes, & regna, ut d. c. sol. r. cum aliis supra allegatis;* non est dubitandi locus, quin inter laicos, & clericos maxima sit differentia

101 Præterea ¶ si doctores, advocati, & milites de jure torqueri non possunt, ut tenet Marfil. *in pract. §. expedita, num. 37.* & Boss. *in tit. de indic. & considerat. ant. tortur. num. 109. & 111. nec decuriones,*

*ut l. fin. C. de decur. lib. 10. l. divo Marco, vers. si. C. de quest. & Brun. de indic. & tort. 2. par. quest. 4. num. 20. in princ. minusque rectores civitatum. Marfil. in l. edictum, nu. 19. ff. de quest. & Carter. in pract. crim. in 2. tract. de indic. & tort. §. circa tertium que persone, num. 40* Clar. *sentent. lib. 5. §. fin. quest. 64. num. 17.* neque nobiles, per text. *in l. nullus C. ad l. iul. de adult. multò minus sacerdotes, qui, ut supra demonstratum fuit, his omnibus digniores sunt, & longè majores, quos, & Deus ipse in infligendis pœnis manifestè distinxit.*

107 ¶ Cum enim Aaron, & eius soror Maria detraxissent Moysi, ab irato domino easola fuit lepræ morbo percussa. Aaron verò ob sacerdotii dignitatem Deus ignovit. *Num. 12.* Quapropter habent privilegium fori à Deo: ex alibi etiam deductis.

103 Quòd autem sacerdotes ¶ torqueri non possint, propter sacerdotalem dignitatem, cui semper, & ubique reverentia debetur, tenet Corrad. *in sua pract. tit. de negat. crim. canon. cap. 117. nu. 5. Vivi commun. opin. vers. clerici non possunt torqueri. in si. ubi de communi opinione testatur, Clar. in §. fin. quest. 64. num. 23.* inquit, quòd clerici non torquentur, nisi infames, & Boer. *decif. 163. num. 6.*

104 Sed, licet ¶ contraria consuetudine, quæ est legum interpres privilegium, quòd doctores, advocati, nobiles, civitatum rectores, clerici, sacerdotes, & alii supra nominati habent, non servetur, ut per Abb. & alios supra citatos, quòd ferè omnes Criminalistæ testantur; clerici tamen, ac sacerdotes non sunt ita indifferenter inter omnes laicos connumerandi, ut